

Resp. conjungitur Accidens cum Accidente, positumq; Accidens majoris dissimile est ab eo, quod est in minore. Vel: Conclusio non rectè inferatur: nam Syllogismus est legitimus, si Conclusio ita, ut debet, inferatur: *E. quoddam quod est tuum, est pater.*

11. *Per quod quis potest decipi, illud est malum:*

*Per philosophiam quis potest decipi, Colof. 2. 8.*

*E. Philosophia est mala.*

Resp. Philosophia non per se decipit, sed is, qui abutitur Philosophiâ. Vide hic B. Doct. Jacob. Martini in Speculo Rationis l. 2. c. 26. p. 929.

12. *O. homo mendax:*

*O Philosophus est homo:*

*E. O. Philosophus est mendax.*

Resp. in conclusione mendax, per Accidens prædicatur de Philosopho. Præterea, quod Philosophus aliquis peccet, non est Philosophiæ adscribendum, nisi & dum Theologus aliquis errat, ipsam Theologiam errare

rare